Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26487
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ma perebruit. Nato enim in bethlehem xpo pas
so. & amortuis resuscitato. in omnem terram
exiit sonus predicatorum eius. & in fines orbis
terre uerba eorum. Dicebantque mulieres.
Hec est illa noemi. Congaudent enim saluti
& pulchritudini eius. quia una secum est & erit
ecclesia. cum illo peruenerint. ubi erit dominus omnia in
omnibus. Quibus illa ait. Ne uocetis me noemi. i.
pulchram. sed uocate me mara idem amaram.
quia ualde me amaritudine replecuit om
pus. Egressa sum plena. & uacuam reduxit me
dominus. Ac si dicat. Egressa sum plena. quia in
comparabilibus paradysi gaudiis. in primo ho
mine perfrui habebam. sed uacuam me reduxit.
quando uiciata radice primae originis. celes
tibus sum priuata bonis. Ne uocetis me noemi.
.i. pulchram. quia ualde deformis facta sum
per peccata. & amaritudinibus dolorum & miseri
arum repleta. Cur uocatis me noemi quam
humiliauit dominus. & afflixit omnipotens. Ac si
dicat. Cur pulchritudinem mihi assembitis. quam
per iustam iram suam humiliauit. i. de sublimi
sede paradysi deposuit offensus dominus. & af
flixit. per terribilem impositae maledictionis
sententiam. omnipotens. misericors. creator ho
minum. & metuendus iudex omnium. Se
quitur. Venit noemi de terra per

cum ruth moabitide nuru sua